

eribus suis meruisse Regem, ut sic tractaretur à Subditis. An
 et hoc ipsis dandum foret, Christianos Subditos hanc tantam
 in Regem suum decere, quæ ne in barbaris quidem
 et feris nationibus reperta? Si Caligulas, si Neronas,
 Domitianos, crudelitate ac superbia Rex **MOLUS** superasset,
 tamen tan crudeliter tractandus à Christianis Subditis
 Christianus fuisset. Certè ab eo tempore, ex quo Christus
 meliore doctrinâ imbuit suos, ac mitiores sanctioresq; mores
 illorum indidit, nemo Regum in hunc usq; diem à Subdi-
 tis, qui Christiane Religionis Sacramentum dederunt, tam asperè
 totac tam atrocibus contumeliis capite truncatus legitur.
 Cur igitur pugione, aut veneno, aut laqueo, intra privatos au-
 di parietes id negotii non confecerunt? Ita etiam multos
 tyrannos olim à Subditis suis necatos Annales memorant.
 Quinquaginta in Ægyptum suorum albo aut expulsos, aut in-
 carceratos, aut necatos, quosdam etiam in publico loco capi-
 tali supplicio affectos Scotia exhibet historia. Tres An-
 gli à Guilielmo Conquestore in carcere occisos nume-
 rant: Eduardum nenge II. Richardum II. et Henricum VI. Sic
 et suos Turcæ hodie Imperatores tollunt. An autem pii isti ho-
 mines verberantur, ut nefando homicidio manus suas pollue-
 rent, et conscientie suæ cauterem inurerent, si Regem se-
 creto strangularent, vel alio modo tollerent? An potius me-
 rebant, ut sita et gladio ab Intersectoribus properata
 mors nocentiores parricidas faceret, quàm si per judicia-
 les moras traiberetur, quàm si theatriali spectaculo tradu-
 ceretur, regem velut nocentem exhiberet. Mors illa omni-
 nò uti minus ignominiosa Regi fuisset, ita parricidis ipsis minus
 invidiosa. Viro aliàs forti, cujuscunq; sit conditionis, plerumq;
 morte ipsa gravior videtur infamia. At verò quanto magis
 Regis infamia quippe ad mortem addita duplex, supplicium est
 patienti, inq; majoris crudelitatis titulum necis cedit autorib;.
 Festandum igitur diviq; omnibus deovendum facinus!
 Quis enim heic est, cui ratione circumstantiarum habita,
 et probe perpensa, videri aliter queat, nisi ex sanatica
 etiam sit factione, quàm facinus illud sive parricidi-
 um